Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



226

quid significet in mysterio. Et posteaquam disputemus quid significet in sensu. Postquam lu
uum mundi istius bibit noe et inebriatus est. et in domo sua et denudata sunt femora
ei. et eius apparuit turpitudo. Venit frater maior. et inrisit. Frater autem
minor tex. hoc totum dicit de saluatore. qui bibebat in cruce passionis. Pater
si possibile est transeat calix iste a me. bibit et inebriatus est. et denudata sunt
femora ei et apparebit. hoc est ignominia crucis. Venit frater maior populus
iudaeorum et inrisit. et minor populus degentis. texit ignominia. Propter
ea maledictus chanaan seruus erit fratrum suorum. ecce maledictio illa usque hodie
perseuerat. Nos minor populus imperamus maiori populo iudaeorum. Sicut ergo
dns in passione inebriatus est. sic et sci in ardore fidei cotidie inebriant in spusco.
Tu quid hesterna aurum collegebas hodie pias. Nonne apud ignorantes uideris insa
nus. Denique et apostoli qui spu sci descenderunt super eos. et inpleuerunt eos et
loquebant linguis uarius. Propter a dicebant musto pleni. Multa sunt quae
dicant diuino misterio. et de ebriatione in finem pro corolariis asaph. Octauus
psalmus. et lxxxx. et lxxxx tertius. cuius nullus alius habere potest tot corola
ria numeru nisi octauus. et lxxx et lxxxiiii. Octauus dies resurrectio
nis in singulare numero. Rursum in octo decadibus octogensimus alius maior
numerus. Uide ergo quam haec tot corolaria non prescribuntur nisi in die
resurrectionis. Octauam et octogensimam. dicat aliquis quare post a dicit in octo
gensimo testo tot corolaria. haec tot corolaria ad tri intactis misterium pertinent.
Propter ea tot sunt choro didascali in octauo psalmo et in octogensimo asaph.
in octogensimo tertio filii chore. Octauus est dauid. qui interpretatur
fortis manu. Prima enim nostra uictoria pugna habet adquisita. propter ea
dicit fortis manu dauid. Secunda uero hoc est in octogensimo asaph. asaph
autem interpretatur sinagoga. In octauo ergo uincamus. et in octogensimo cum
dno congregamur. in octogensimo uero tertio filiorum chore. Chore enim
pretat caluaria. ascende caluae ascende. hoc dicebant ad puer heliseo.
quam passus fuerat in loco caluariae. Multa sunt quae dicant quomodo hely
seus in bethel inrisus sit a quadraginta duobus pueris. Ista sunt tot corolaria
de quibus dicit et saluator. facite uobis amicos de iniquo mamona ut uos recipiant
in aeterna tabernacula.

Exultate deo adiutori nro. qui nos de tenebris aegypti liberauit. iubilate
deo iacob. subplantat inimicorum. Sumite psalmum et date tym
panum psalterium iocundum cum cithara. Ymnum decor de puro uel
mente ad tenuatione peccatorum mundi. Buccinate in neomenia tuba